

IMPRIMERIE DE L'UNIVERSITÉ


CORRESPONDANCE
DE
J.F. BOISSONADE

II
—
F-M

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1552

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
M S.

1552



MS
Fiches faites

Correspondants
de
J. F. Boissier

Ms 452.

II

F. M

50
Vro Doctissimo atque Clarissimo

Do: Fr. Boissonade

Fr: de Furia S. P. D.

541

Rec. 16. f.
20.



Miraberis fortasse quid causae fuerit, quod nondum
Literis Tuis, quas anteactis Novembri cunctissimus
et candidissimus Juvenis Scholgius Uratibianensis mi-
hi reddidit, responsum dederim. Nunciaveras iis in Lit-
teris Nicetae Eugeniani, et Manassis Fragmentonis,
Exemplum y Alaisium Bibliopolam Parisinum ad me
pro Tua humanitate ac benevolentia misisse, brevi-
que ipsum per Molinum, Florentinum Bibliopolam
esse receptum. Hoc nuncio summo opere delectatus,
quam dies nonnullos, atque alios insuper, atque aliis
ita ut sit, expectassem, donec optatissimum illud, at-
que episcopi dūpor in meas manus perveniret, quat-
tuor fere menses exacti sunt, antiquas de responder-
e cogitarem. Diuturni itaque silentii veriam ali-
de peto, quam sane, morae causae perspecta, ut spero,
non denegabis. Dum haec interim aguntur, transactis
tandem diebus expectatissimum Nicetam Tuam accipere
per Molinum accipere, a quo etiam paullo ante Epis-
tolam Tuam alteram cum pagella, et hoc loco inse-

renda, a Te mihi, receperam. Innumeras itaque, ut
par est, gratias ago Tibi, non solum quod me tam
precioso atque insigni munere cumulasti; sed etiam
quod Nicetæ Epistolæ edere, quæ Tibi ex medico
Codicis Jansenii, talem de me sermonem fecisti, ver-
besque adeo honorificæ sedulitatem meam exor-
nasti, ut grati animi memoria meo nunquam
ex pectore elatatur. Laudeo itaque, et Tibi ob edi-
tos Nicetam et Manassem quamplurimum gratulor:
ita enim neglectos huiusque auctores, nec luce por-
tas indignos, ab interitu vindicasti, novumque eruditio-
nis ac doctrinae tuæ monumentum exegisti.
Vale, Vir Praestantissime, et me Tibi sine furo et
follaciis paratissimum, atque amicissimum semper
puta.

Scripti festinante in Bibliotheca Medica
pridie Non. Febr. an. MDCCXX.